



**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Præsertim Augustini, Et Thomæ Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Externis Regulis Amoris Et Morum, Legibus Utique, ac Præceptis
Virtutum Theologicarum, & Cardinalium, necnon Decalogi & Ecclesiae -
Libros Vndecim Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Permissio Ordinarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73203)

NOs infrascripti, ex Commissione Reverendissimi Patris Generalis, magna cum attentione, parique animi oblectatione perlegimus Opus inscriptum: *Theologia sanctorum circa universam morum doctrinam*, &c. per Reverendum admodum Patrem Henricum à sancto Ignatio Ordinis Fratrum B. V. M. de Monte Carmelo Exprovincialem, nuper Commisarium Generalem, S. Theologiae Professorem emeritum, &c. in eoque nihil reperimus à fide & bonis moribus devium; sed doctrinam Catholicæ Religionis, tumissimum Augustini & Aquinatis dogmatum veritati, Christianique hominis sanctitati & dignitati contentaneam, utpote depromptam ex sacra Scripturæ oraculis, Christianique Patrum sententiis, quas Autor omnigenâ eruditione, copioso solidarum rationum agmine, mirâque terminorum claritate sic illustrat, ut omnis Amator veritatis hic inventurus sit plurima ad excitandum pietatis studium, plurima ad bonos mores promovendos, plurima ad Concionatorum, Confessariorum & Pastorum instructionem maximè utilia. Quapropter Opus hoc laude luceque dignum (salvo meliori) censuimus in Carmelo nostro Xhaviensi die 8. Junii an. 1707.

FR. MARCELLINUS A S. THERESIA
Definitor, ac S. Th. Professor.

FR. HENRICUS A S. THERESIA
S. Theol. Professor.

Approbatio sapientissimi Domini Arnoldi Eyben, Cathedralis Ecclesie Antuerpiensis Canonici Theologalis, & Thesaurarii, Archipresbyteri Ruralis, ac Librorum Censoris.

CHRISTIANIS præcipit S. Joannes Epist. 1. c. 2. ut in eo, quod audierunt, firmi permanent, quo & ipsi in Patre, & Pater in ipsis maneat. Communis hic Prophetarum & Apostolorum sensus est, qui in veteri & novo Testamento nihil severius vetant, quin ne ab antiquis viis recedamus, transcenditque Patrum limitibus pariter nos doctrinis variis & peregrinis obduci, ac profanis vocum novitatibus captari. Hinc Theologia ad illud lumen applicare se debet, quod à Christo Ecclesie collatum perpetuâ Patrum traditione continetur, illique doctrinæ & pietatis christianæ fundamentis insistere, quæ à sanctis Patribus quasi manu tradita per tot æratum decursus Ecclesia accepit, sicut ea Patrum Antiquissimi ab Apostolis, Apostoli à Spiritu sancto, Spiritus sanctus à Filio, Filius à Patre acceperat. Hæc regulâ semper est usâ Ecclesia ad corripelendas erroresque ac nova humani ingenii commenta extirpanda, quibus hominum improbitas vel inscitia sanctissimam Christi doctrinam depravare conata est. Hæc S. Augustinus Pelagianos convincit, cum productis contra eos aliquot Patribus, quod, inquit, *invenimus in Ecclesia, tenuerunt: quod didicerunt, docuerunt: quod à Patribus acceperunt, hoc filii tradiderunt.* Hujus regulæ præsidio utitur Gregorius VII. dum ait: *Ad sanctorum Patrum decreta doctrinamque recurrimus, nihil novi, nihil ad inventionem nostrâ statuentes: sed primam & unicam Ecclesiasticâ disciplina regulam & vitam Sanctorum vitam relicto errore repetendam & sectandam esse censuimus.* Nam, teste Gregorio Magno, *tunc Sacerdos irreprehensibilis graditur, cum exempla Patrum præcedentium indefinenter inuenerit, cum Sanctorum vestigia sine cessatione considerat.* Proinde publicam lucem mereatur, & plurimum commendanda est hæc Theologia Sanctorum, quæ ex sanctis Doctoribus, ac præsertim ex jurissimis & inconcussis sanctorum Augustini & Thomæ dogmatibus præclare ostendit, qualem esse oporteat vitam christianam, quæ ab Evangelii regulis, & doctrina Sanctorum aberret novitiâ doctrinâ complurium Casuistarum. Dabam Antuerpiæ hæc 28. Januarii 1709.

ARNOLDUS EYBEN, Cathed. Antuerpiensis Canonici Theologalis, Librorum Censor.

Approbatio Reverendi Domini Joannis Le Beau Examinatoris Synodalis.

HÆC Theologia Sanctorum secundum nominis excellentiam procedit, dum exhibitâ à Sanctis veritates, & velut stellas in Ecclesie Firmamento positas, educit è nebulis, quas variæ Quorundam opiniones obtenderunt. Hinc in caliginoso deficientis hujus sæculi tempore, eidem tanquam lucernæ benè facient attendentes, studiosi quicumque veritatis Amantes, acque spes est quod non tantum inde lucebunt, sed & sic ardebunt, ut flammæat igne charitas, accendat ardor proximos, colique per femitas justitiæ deducat ad æternæ Veritatis fructuonem. Proinde sub beneplacito Superiorum, jure prohibet in publicum, Dabam 16. Octobris 1699.

JOAN. LE BEAU, S. Adalberti Leodii Curio Decanus, Exam. Synod.

Permissio Ordinarii.

PLacet imprimatur. Hæc decimâ septimâ Octobris 1699.

GUIL. BERN. DE HINNISDÆL,
Coadministr. & Vic. Gen. Leod.

ERRATA.

Littera P. paginam. C. columnam. L. lineam indigitat. Littera Italica correctionem.

P. 157. C. 2. L. 54. cultum, culum. P. 181. C. 1. L. 14. 1711., 1612. P. 184 C. 1. L. 4. XI., 21. P. 191. C. 2. L. 51. probat, prolata. P. 215. C. 2. L. 27. effectum, affectum. P. 242. C. 2. L. 12. post *aliter*, adde *affectus*. P. 257. C. 1. L. 32. similitatis, simulatis. C. 2. L. 43. Trullum, Trullene. P. 272. C. 2. L. 52. furtum, furtim. P. 281. C. 2. L. 51. fuerit, non fuerit. P. 316. C. 1. L. 10. post *ad*, adde *quod*. P. 348. C. 1. L. 46. negligentia, negligentia. P. 353. C. 1. L. 55. restitutum, restitutionem. P. 357. C. 2. L. 27. viliabilis, vifibilis. P. 361. C. 1. L. 25. effective, affective. P. 371. C. 1. L. 15. possint, possunt. P. 381. C. 2. L. 18. tempore utique, elapso utique tempore. P. 385. C. 2. L. 57. dele *vel adipiscitur*. P. 390. C. 1. L. 12. fortem, fractus. C. 2. L. 12. est casus, est inter casus. P. 399. C. 2. L. 51. commodè, æquè commode. P. 415. C. 2. L. 3. magis, majus. P. 423. C. 1. L. 20. qua, quo. P. 425. C. 1. L. penult. dicitur, dicitur. P. 433. C. 1. L. 19. venditionis, traditionis. P. 451. C. 1. L. 40. capuli, impuli. P. 458. C. 1. L. 1. dele *ita nempe ut*. Ibid. L. 3. debeat, debet. P. 461. C. 2. L. 26. post 1673. adde *consuerunt*. P. 463. C. 1. L. 11. cti, & si. P. 470. C. 1. L. 6. allegaret, allegarent. P. 486. C. 2. L. 13. dele, *sed non video firmam hujus rationem. Fator quidem quid.* In locum lege *enimverò*. P. 498. C. 2. L. 18. contractum, contrarium. P. 504. C. 2. L. 7. ac, ad. P. xxiv. C. 1. L. 5. partem illam, partem omissam. In fine elenchi librorum, Heptalogo, Pentalogo.